

Sed numquid patris confessio. Segur. in Repet. leg. Cohæredi. §. Cum filia. de Vulg. & pupill. 12. fol. 3. col. Alex. consil. 143. vol. 5. Segur. in Repetitionibus suis. Repet. 1. fol. 6. colum. 3. Neque obstat text. in Authent. Quod obtinet. Cod. de Probat. & in leg. Cum quis decedens. §. Codicillis. ff. de Legat. 3. ubi confessio testatoris probat cum juramento: Quia debent intelligi in præjudicium extranei hæredis, non filii: pro quo facit text. in dict. Authent. Quod obtinet. in fin. qui dicit, quod non præjudicat creditoribus. Limita tamen, nisi concurrant aliqua alia indicia cum hac confessione, putà, unus testis, vel semiplena probatio, vel conjectura: Ita notanter Abbas post Anton. in cap. Quamvis. de Re judic. Tertio facit text. notabilis in leg. unic. Cod. de Suffragio. ibi: sequaturque traditio corporalis. ubi probatur, quod quando contractus est suspectus & reprobatus, semper requiritur vera & actualis traditio rei, ut cesset suspicio & præsumptio fraudis; quia aliàs præsumeretur simulata, & sic non sufficeret clausula constituti, nec alia traditio ficta: & per eum ita tenet & notat ibi Bald. 2. colum. Salyc. in 2. & communiter DD. Illum etiam textum ad hoc notat Bart. in leg. Post contractum. ff. de Donation. colum. 2. num. 4. notat etiam & commendat Imol. in leg. Si is qui ex bonis. de Vulg. & pupill. 2. colum. propè fin.

Advertendum tamen, quod licet ista sit verior & communis opinio de jure; tamen in nostro Regno apertè decisum est contrarium, imò, quod nullo modo valeat donatio, nec venditio, quam pater facit tali filio incapaci, & per consequens nec alius contractus lucrativus, nec onerosus: ita disponit lex. 2. tit. 3. lib. 5. Ordin. & lex. 22. tit. 2. lib. 1. Ordin. & in expresso illas leges sic intelligit Segur. in repet. leg. 3. §. fin. de Liber. & posthum. fol. 10. à princ. 1. colum. (h) Imò, quod magis est, in hoc illa lex est mihi terribilis, quod non potest talis spurcius & incapax aliquod capere à consanguineis patris nec matris titulo lucrativo, nec oneroso, nec per viam ultimæ voluntatis; & hoc nendum in bonis habitis à patre, sed nec in propriis, ut evitetur omnis fraus: unde restat, quod solum capiet ab extraneis quovis titulo, vel ultima voluntate, etiam in bonis habitis à patre, ut suo loco conclusi; non verò à consan-

(h) Vide quæ dicta sunt ad num. 13. in princ. ibi: Nullo modo succedit patri, & c. supra hac lege.

(i) Ita etiam tenet Azeved. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 29. Dueñ. regul. 367. ampliatio-
ne 5. Lar. in leg. Si quis à liberis. §. Idem rescripsit. num. 7. ff. de Liber. agnoscend. & vide Cujacium
Consultatione 2. rectè interpretantem textum in dict. cap. Cum haberet. & Paleot. de Noth. spuris que
aliis. num. 4. cap. 46.

guineis. Ex quo etiam subtiliter inferitur, quod non capiet vii tute substitutionis pupillaris; cum talis filius impubes, cui est substitutus, sit proximus consanguineus patris.

Dubium tamen necessarium est, dato casu quod tales filii incapaces nati ex damnabili coitu non possint succedere patri nec matri ab intestato, nec ex testamento, an possint capere ab eis alimenta? In quo articulo breviter dico, quod de jure civili, sicut non erant capaces hæreditatis vel successioneis parentum, ita nec alimentorum: textus est formalis in Authent. Ex complexu. in fin. verb. Cod. de Incest. nupt. ibi: Ut nec alantur à patre. text. in Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. in fin. verb. text. in Authent. Quibus modis natur. efficit. sui. cap. ultim. collat. 7. ibi: Nec alendus à parentibus. De jure tamen canonico & ejus æquitate benè sunt capaces alimentorum, etiam si sint nati ex quolibet damnabili & reprobato coitu: (i) textus est singul. & unicus in cap. Cum haberet. extra de Eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. in final. verb. ibi: Sollicitudinis tamen tua intererit, ut uterque liberis suis, secundum quod ei suppetunt facultates, necessaria subministrer. Et ad hoc notat & commendat ibi Inocent. & dicit eum unicum ibi Abb. 2. colum. ult. notabil. & post eum alii DD. Et ratio potest esse, quia ex quo sunt geniti, non sunt perdendi; sed eis tanquam pauperibus succurrendum: & sic ille textus hoc induxit ex quadam æquitate naturali: Et istam rationem ponit Abb. in dict. cap. Cum haberet colum. 2. num. 5. Secunda ratio valde subtilis sit, quod alimenta debentur filiis de jure naturali, ut in leg. Si quis à liberis. ff. de Liber. agnoscend. & in §. Parens. ejusd. leg. Quod tamen debet intelligi, non quod de illo jure sit aliqua obligatio compulsiva; sed vera declaratio sit, quod ex ipso instinctu naturæ parentes inclinantur filios educare, imò etiam animalia bruta eo modo & ingenio quo possunt. Sed hodiè reducta sunt alimenta in necessitatem, ut per legem teneantur parentes illa præstare: & ita debent intelligi jura civilia positiva, & iste est sensus Bart. in leg. Si quis à liberis. §. Parens. ff. de Liber. agnosc. & in leg. Non quemadmodum. eod. tit. & in leg. 1. ff. de Justit. & Jur. Alber. in leg. 1. §. Jus naturale. eod. tit. colum. 2. num. 2. Bald. Paul. & aliorum Docto-
rum

rum ibi. Alber. in leg. Si non sortem. §. Libertus. ff. de Condition. indeb. Angel. in §. 1. Instit. de Jur. natur. gen. & civil. Pro qua sententia & declaratione considero expressam legem Partit. in leg. 2. tit. 19. part. 4. Confirmatur: quia sicut naturaliter pater, & quodlibet ens desiderat se conservare, secundum Philosophos; ita pater desiderat conservare filium, tanquam substantiam suam, cum ratione generationis sit pars patris: argumento text. in leg. Liberos. ff. de Verb. signif. & in leg. Isti quidem. ff. Quod metus causa. Sed iste instinctus naturæ educandi liberos ita est in spuris sicut in aliis: quia de primævo jure naturæ nulla fiebat differentia in procreatione liberorum, nec damnabatur, nec erat reprobatus aliquis coitus, ut in Authent. Quibus mod. natur. efficit. legit. cap. 1. vers. Liceat. collat. 6. & in Authent. Quibus mod. natur. efficit. sui. cap. 1. vers. Natura. collat. 7. Unde etiam in iis filiis spuris & natis ex damnabili coitu jus canonicum & ejus æquitas consideravit prædictum instinctum naturæ, & reduxit in necessitatem: & istam rationem ponit Hostiens. in dict. cap. Cum haberet. fin. col. in fin. & ibi Anton. de Butr. colum. 2. num. 11.

Adde tamen, quod Bald. in Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nup. 1. lectur. in princ. tenebat, quod ille text. in dict. cap. Cum haberet. debet intelligi in filiis tantum spuris simpliciter; non verò in incestuosis, nefariis, vel natis ex damnabili coitu, quia in eis nihil reperitur dispositum. Sed ista opinio est falsa, imò tenendum est, quod habeat locum in omnibus & quibuscumque filiis incestuosis, nefariis, & natis ex damnabili coitu: ita etiam expressè tenet Petr. de Bellaper. Cin. Alber. Fab. in Brev. Bart. & Salic. in dict. Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nup. ubi dicunt, quod illa Authentica non procedit, sed est correctæ de jure canonico per text. in dict. cap. Cum haberet. Sed textus in dicta Authent. Ex complexu. loquitur in filiis incestuosis, nefariis, & natis ex damnabili coitu: ergo apertè volunt, quod dispositio text. in dict. cap. Cum haberet. habet etiam locum in eis: & ita tenet Imol. in leg. Ex facto. §. Si quis rogatus. el 1. colum. 5. propè fin. Ad Trebel. Segur. in repetitione leg. Cohæredi. §. Cum filia. de Vulg. & pupill. fol. 34. à princ. colum. 1.

Item adde, quod videtur quod dispositio text. in dict. cap. Cum haberet. debet tantum procedere in terris Ecclesiæ, & non in terris Imperii,

vel alterius Regis; cum contrarium sit dispositum de jure civili, & non sit materia nutritiva peccati, nec concernat spiritualia, nec periculum animæ, juxta textum, & ibi communem doctrinam, in cap. fin. de Præscription. & in cap. Novit. de Judic. & in cap. pen. de Secund. nupt. & in cap. 1. de Novi oper. nunc. text. juncta Glossa ordinaria, in cap. 2. de Regu. jur. lib. 6. & in cap. 2. de Arbitris. in 6. Et in expresso, quod in nostro casu qualibet dispositio servetur in suo proprio foro, tenet Imol. in leg. Lucius Titius. §. In testamento. in fin. ff. de Legat. 1. idem Imol. in leg. Ex facto. §. Si quis rogatus. el 1. colum. 5. in fine. ff. Ad Trebell. Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria. de Constitution. 36. colum. num. 45. Segur. in repet. leg. Cohæredi. §. Cum filia. de Vulg. & pupill. fol. 24. 1. artic. Sed ista opinio similiter est falsa, imò tenendum est, quod dispositio textus in dict. cap. Cum haberet. procedit & debet servari tam in terris Imperii quam Ecclesiæ (k): & in expresso ita tenet ibi Anton. 2. col. num. 11. Abb. 2. col. num. 5. tenet etiam Angel. de Aret. in §. 1. Instit. de Jur. nat. gen. & civil. 2. col. prope fin. dicens, quod cum iste casus sibi occurreret de facto, ita consulit ipse, & alii amplissimi Doctores: idem Angel. in §. Novissimè. Instit. ad Orphitran. col. 1. in fin. Angel. de Gabel. in tract. de Testam. fol. 27. col. 4. num. 5. ubi dicit, quod ita judicatum fuit per judices Curia illustris Principis Marchionis Ferraria: Nicol. de Ubald. in tract. de Succes. ab intest. colum. 13. num. 46. & apertè hoc voluit Pet. Cinus, Bart. & communis opinio in dicta Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nup. in quantum tenent, quod illa Authentica est hodiè correctæ de jure Canonico per textum in dict. cap. Cum haberet. Abbas notabiliter in Consil. 115. in princ. & istam dicit magis communioem opinionem Ripa. in Rubr. de Verbor. obligat. penultim. colum. num. 58. Advertendum tamen, quod lex 5. titul. 19. part. 4. quæ non ignoravit jus canonicum, expressè determinat, quod pater non teneatur talem filium alere; & sic apertè vult, quod in nostro Regno servetur jus antiquum civile. Sed adhuc teneo prædictam communem opinionem, & sic quod in nostro Regno sit servanda decisio canonica; quia hoc casu debet prævalere.

Item adde, & extende dispositionem textus in dicto cap. Cum haberet. ut procedat necdum quando parentes sponte volunt alimenta præstare prædictis filiis; verum etiam quod de necessitate

(k) Idem probat Fortun. in tractatu de ultimo fine, num. 109. & est recepta opinio secundum Covarrub. in 4. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 6. Dueñas in regul. 367. Lara in leg. Si quis à liberis. §. Idem rescripsit. num. 17. ff. de Liber. agnoscend.

te teneantur ea præstare: ita probat apertè ille textus in fine. Undè teneo, quòd in vita parentes possint officio iudicis, vel conditione illius cap. compelli, si filii egeant, eis alimenta præstare. Similiter etiam post mortem parentum, si nihil eis reliquerunt, possunt hæredes compelli illa præstare: Primò, quia licet jus petendi alimenta ex parte recipientis sit merè personale, & non transitorium ad hæredes, ut in leg. Cum hi. s. Modus. ff. de Transaction. ibi: *Constat enim alimenta cum vita finire.* text. in leg. Hæreditatum. 68. Ad leg. falcid. text. in leg. 3. ff. de Alim. & cib. legat. text. in leg. Dominus. versic. fin. de Usufruct. tamen ex parte parentum censetur perpetuum, & transitorium: ita probat textus notabilis in Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. ibi: *sive legitimi extant, & succedunt; sive conjuge viva quilibet alii sunt hæredes:* & ibi expressè notabiliter Bald. text. in leg. Si quis a liberis. s. Item rescriptum. ff. de Liber. agnoscend. ubi probatur, quòd quando per legem quis tenetur alere, illa obligatio passiva descendit ad hæredes: & ibi notat Bart. & communiter DD. & per illum textum istam conclusionem tenet Cin. in leg. Alimenta. Cod. de Neg. gest. fin. question. Socin. in leg. Marcellus. s. Res qua. ff. Ad Trebel. dicens, ita consultum fuisse per doctissimos viros: & idem tenet Abbas in Consiliis suis. Cons. 115. Et idem est quando alimenta debentur ex dispositione hominis per contractum, vel ultimam voluntatem; quia similiter transit ad hæredes: textus est in leg. Libertis quos. s. 1. ff. de Alim. & cib. legat. & ibi notant, & commendat Doctores antiqui: & per illum textum tenet Bartol. in leg. 4. s. Cato. ff. de Verbor. oblig. penult. colum. & quaest. num. 32. & ibi communiter DD.

39 Item adde, quòd talia alimenta de jure communi debeantur secundum indigentiam & qua-

(l) Imò necessaria tantùm ad sustinendam vitam, ut colligitur ex eodem cap. Cum haberet. non enim splendide, & secundùm dignitatem paternam præstanda sunt, ut notat Anton. Cons. 209. num. 8. Palac. Rube. in Repet. dict. cap. 3. notabiliter s. 24. num. 3. Et ratio est: quia jus canonicum respexit ad præceptum naturale de alendis liberis, ut in cap. Jus naturale. 1. dist. & observat. gloss. fin. in dict. cap. Cum haberet. & ibi Anton. num. 11. Abb. num. 5. At ratio naturalis tantùm evincit necessaria ad sustinendam vitam esse præstanda; quia præceptum naturale de alendis liberis ad hoc tantùm obligat, ut tradit Bald. in leg. final. s. Ipsum autem. de Bonis qua liber. Covarr. in quart. 2. part. cap. 8. s. 6. num. 8. facit text. in cap. Pasce. 86. dist. 1. Alaredus de Liberis agnoscend. Sed Covarr. supra contendit alimenta attenda dignitate parentum esse præstanda: Nicol. de Ubald. de Successione ab intestat. 1. part. num. 47. Mathesilanus eodem tractat. membro 3. art. 1. num. 28. ante quos Bald. Cons. 258. in fin. volum. 1. Abb. Consil. 125. cap. 1. volum. 2. atque ita hæc videtur magis communis opinio. Pro concordia dicendum censeo, in filiis naturalibus postremam opinionem procedere, priorem in spuris, ex ratione de qua supra. Quam diferentiam in modo præstandi alimenta naturalibus, & spuris, agnoscit Bald. Consil. 267. num. 6. volum. & 1. de Vulgar. & in leg. 1. num. 35. Solutio matrimonio.

(m) Idem affirmat Tell. hic, num. 14. Velasq. in leg. 46. Tauri. gloss. 4. num. 4.

litem filiorum, & facultatem parentum, ut probat apertus textus in cap. Cum haberet. ibi: *Secundum quòd ei superunt facultates* (l). Circa quòd tamen est mihi notabile dubium, an pater vel hæredes teneantur alere ex fructibus & redditibus rerum immobilium & patrimonii sui, vel teneantur ad hoc vendere proprietatem? Et teneo, quòd solum ex redditibus, & non teneantur vendere proprietatem: (m) ita probat textus singularis & unicus in leg. Qui bonis. ff. de Cessione bonor. ubi habetur, quòd quando quis non potest conveniri ultra quam facere possit, inspicitur valor & æstimatio fructuum sui patrimonii; non verò valor & æstimatio proprietatis: & ad hoc reputat ibi singularem & mirabilem Bart. & notat ac commendat Alber. Angel. Cuman. & cæteri DD. illum etiam reputat singularem & unicum Angel. Imol. Paul. & Alex. in leg. Imperator. ff. Ad Trebel. idem Angel. in leg. Divus. ff. de Petition. hæred. Idem Angel. in leg. Si maritus. ff. Solut. matrim. Imol. in leg. Apud Julianum. s. Hæredes. ff. de Legat. 1. Jason in leg. Fundum per fideicommissum. eod. tit. Philippus Dicit. in Authent. Præterea. Cod. Unde vir & uxor. fin. col. notat etiam & commendat Faber in s. Fin. inst. de Action. & tenet Bart. licet non allegat illum text. in leg. Pen. ff. de Alim. & cib. legat. Salyc. in leg. Si quis ad declinandam. Cod. de Episcopis, & cler. Quod tamen limita, quando alimenta debentur titulo vel causa lucrativa, vel ex legis dispositione: secus verò si titulo & causa onerosa: ita Alex. in leg. Maritum. ff. Solut. matrim.

40 Hodiè tamen propter evitanda dubia, quæ in hoc casu frequenter possent occurrere, decisum est, quòd non possint neque teneantur parentes in vita vel morte præstare talibus filiis ultra quintam partem bonorum: ita disponit lex

lex 10. infra, His legib. Taur. quam legem ego intelligo de filio incapaci nato ex damnabili coitu, & in filio naturali, extantibus legitimis: eis verò non extantibus, benè possunt parentes eis præstare quicquid velint; & si nollent parentes dare, credo quòd possint compelli ea præstare secundùm qualitatem personarum, & patrimonii. Præterea dico, quòd si pater, vel mater, vel iudex nolit dare vel relinquere tali filio incapaci integrum quintum bonorum pro alimentis, eo casu quo sufficit minor quantitas; quòd poterit facere: quia solum vult illa lex, quòd ultra quintum non possit dare; benè tamen permittit minus dare (n). Dubito tamen, si pater totum quintum bonorum tali filio relinquit pro alimentis, & attenda qualitate personæ & patrimonii est sibi necesse; & insuper pater relinquit legata pia pro anima, & impensa funeris; an debeant extrahi de quinto, vel de corpore hæreditatis, ut postea ex residuo habeat filius quintum? Et teneo, quòd si quintum sufficit pro omnibus, omnia ex eo extrahuntur; si verò non sufficit, debet de eo ante omnia extrahi impensa funeris: argumento leg. 10. juncta leg. 30. infra, His legib. Taur. Alia verò legata, etiam pia, credo quòd non valeant, neque possint extrahi; quia jus alimentorum censetur debitum necessarium, non verò alia legata. (o)

(n) Vide Covarr. Idem docentem in Epitome de Sponsalib. 2. part. cap. 8. s. 6. num. 8. in fin. Perez in leg. 22. tit. 3. lib. 1. Ordinam. colum. 165. & in leg. 1. tit. 1. lib. 5. pag. 131. in princ. Joann. Garc. de Expensis, & Meliorationib. cap. 3. num. 7. & 28. Molin. de Primogeniis lib. 2. cap. 14. num. 52. cum sequent. Matienz. in leg. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 12. quicquid contrarium tenuerit Tell. in leg. 10. num. 3. cujus fundamentis latè satisfacit Azeved. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 11. alios hujus opinionis Authores allegans: & Velazq. de Avendañ. in leg. 10. gloss. 2. num. 5. qui duas quæstiones resolvit per nostram leg. 10. Utrum pater possit ultra quintum, si quintum ad alimenta non sufficiat, aliquid filio spurio relinquere? & utrum possit ei quintum istud relinquere ad alimenta, si non egeat? In qua quæstione videtur posse etiam hoc casu patrem quintum ei relinquere: de quo eum vide, & supra allegatos, qui latè has quæstiones resolvunt: & eundem Velazq. in leg. 10. Taur. gloss. 1. num. 2. qui simul cum Matienz. in leg. 8. tit. 8. lib. 4. gloss. 7. num. 16. 17. & Tell. ubi supra. & Rox. de Successionibus ab intestat. cap. 22. à num. 2. usque ad 7. testantur, ad alimenta non posse quintum tali in specie filio diviti relinqui, sed jure successionis; ut idem Tell. tenet in leg. 9. num. 34. & servando Covarr. consideravit Matienz. in dict. leg. 8. gloss. 1. num. 18.

(o) Vide Matienz. in leg. 8. tit. 8. lib. 5. gloss. 3. num. 3. & 6. & Azeved. in dict. leg. 8. num. 11. & in leg. 2. num. 16. & 17. tit. 1. lib. 2. & Tell. Fernand. hic, num. 15.

(p) In dote verò data filia spuria, quæ alimentorum loco succedit, eandem sententiam, scilicet, quòd ad hæredes non transmittatur, tenet Panorm. Consil. 50. num. 7. & Consil. 155. column. 2. Bald. Novell. de Dote. 6. part. privil. 19. col. 2. Sed non procedit hæc opinio ubi pater expressit, quòd illa dos post mortem filia spuria pertineat ad nepotes; tunc enim ad eos transibit, quoniam avus relinquere potest nepotibus legitimis & naturalibus relictiis seu susceptis ex filio spurio, ut in leg. fin. Cod. de Natur. lib. & docet expressè Bart. in leg. fin. num. 5. de His quibus ut indig. Alex. Consil. 158. num. 4. volum. 7. & supra diximus num. 2. ibi: *Adde tamen quod omnia ista procedunt & sunt vera, &c.* Quod tamen est intelligendum, quando avus nullum haberet filium legitimum; eo enim extante, his nepotibus nihil dare potest, ut expressum est in dict. leg. fin. & tradit Decius Consil. 462. num. 2.

semel perceperunt, transmittre, & in vita vel morte de eo ad libitum disponere, & facere quicquid velint: & probat etiam ista *lex 9. in fin.* Et istae leges possunt optimè confirmari ex doctrina & regula textus in *leg. Pater filium. §. Quindecim libertis. ff. de Legat. 3.* ubi habetur, quod res quae semel effecta est alienabilis, perpetuò efficitur alienabilis. Sed certè ista confirmatio non satisfacit: quia in casu nostro numquam alimenta fuerunt transmissibilia (q).

42 Dubium tamen est singulare circa praedicta, an pater, qui relinquit fundum vel rem filio naturali vel spurio pro alimentis usque ad quantitatem permissam quinti bonorum, possit eum gravare post mortem alteri restituere? Et videtur quòd sic: quia jus alimentorum ex parte recipientis est merè personale, & non transitorium ad haeredes (r); & per consequens pater non tenetur ultra vitam filii ei praestare alimenta, ut in *dict. leg. Cum hi. §. Modus. el. 2. ff. de Transactionib. cum similib. supra allegat.* ergo bene potest ei tale gravamen apponere. Sed ego teneo contrarium, imò, quòd gravare non possit in eo per istam *leg. 10. Tauri*: quia licet aliud esset de jure communi, tamen hodiè aperte vult illa *lex*, quòd filius naturalis capiat tanquam debitum illud quantum loco alimentorum, & transmittat ad haeredem: ergo in eo non possit gravari (s).

43 Item adde, quòd ex superioribus inferitur, quòd si pater clericus, vel alius qui habet filiam spuriam, vel natam ex quocumque damnabili coitu, velit eam dotare; hoc bene poterit facere usque ad concurrentem quantitatem alimentorum, in quibus talis filia est capax: sed mortua

tali filia constante matrimonio, vel eo soluto, illa dos revertitur ad eos, ad quos de jure pertinere debet: ita expressè determinat Bart. in *leg. fin. §. Si à socero. ff. Quae in fraud. creditor.* & ibi tenet Angel. & Raph. Cuman. idem Bart. in *Authent. Ex complexu. C. de Incest. nupt.* & ibi Doct. idem Bart. in *leg. Mavius. §. Duobus. 8. col. 3. quest. principal. de Legat. 2.* Angel. de Aretin. in *§. Novissimè. Instit. ad Orphi. 2. col. in princ. Palac. Rub. in sua repetition. fol. 97. col. 3. versic. Ex istis inferitur.* Abb. in *dict. cap. Cum haberet. col. 3. num. 5.* Anchar. ibi *col. 2. num. 6.* & ibi Præpos. *col. 2. num. 2.* Nicol. de Ubald. in *tract. de Success. ab intest. col. 12. num. 47.* Hodiè tamen in nostro Regno, attempta praedict. *leg. 10. Tauri*, teneo pro constanti, quòd talis dos non potest excedere quintam partem bonorum, sicut alimenta: Item, quòd mortua tali filia, dos pertinet haeredibus suis, & in vita vel morte potuit de ea disponere sicut de bonis propriis. Si verò talis dos excedit quantitatem alimentorum de jure communi, vel hodiè in nostro Regno excedat quantitatem quinti bonorum patris; tunc, soluto matrimonio, à tali filia spuria & incapaci illud quod excedit auferendum est: Sed constante matrimonio, nihil ab ea & marito ejus auferri potest; quia dicitur maritus dotem possidere titulo oneroso: argumento textus in *dict. §. Si à socero. textus in leg. Ex promissione. ff. de Obligationib. & action. text. in leg. Julianus ait. ff. Mandati. text. in leg. Si quis pro uxore. §. Si uxor. ff. de Donat. inter vir. text. in leg. Si donaturus. §. final. ff. de Condis. ob causam. text. in leg. Mavia. §. 1. Solut. matr. text. in leg. 1. Cod. de jure dot. text. in leg. Pro oneribus. cod. titul. text. in leg. 1. §. Et ut plenius.*

Cod.

(q) Vide aliquas limitationes per Aceved. in *leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. num. 36.* & ad haeredes posse proprietatem pro alimentis relictam transmittre tenet Dueñ. *regul. 396. Tell. in leg. 10. num. 16. Covarr. num. 15.* cum aliis multis, quos congerit Velazq. in *leg. 10. gloss. 3. num. 4. Suar. in leg. 1. tit. 6. lib. 3. For. fol. 91. Lar. de Alimentis, in dict. leg. Si quis à liberis. §. Idem descripsit. num. 30. & 35. Spin. in speculo testament. gloss. 16. num. 105. & 106. communem dicit Tell. in *leg. 10. num. 16. Matienz. in leg. 8. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 4. num. 3. cum sequent. Azeved. ubi supr.**

(r) Vide Tell. Fernand. in *leg. 10. num. 15. Molin. lib. 2. de Primogen. cap. 15. num. 11. Palcot. de Nothis & spuris, cap. 47. num. 6.*

(s) Nisi aliquid ex quinto supersit pro alimentis non necessarium: quo casu, cum ad alimenta minus quàm quintum sufficiat, in illo excessu potest quodlibet gravamen & onus apponi; idèdque quòd superest, appositum censetur: ita tenet Tell. Fernand. in *leg. 10. num. 15. Lar. in dict. leg. Si quis à liberis. §. Idem rescripsit. de Lib. agnoscèd. num. 51. cum 4. sequentib. Matienz. in leg. 8. tit. 8. lib. 5. gloss. 3. num. 5.* Quòd ea ratione verum esse arbitror: quia quemadmodum, si quantum ad alimenta non sufficiat, tenetur pater, non extantibus legitimis, ultra quantum secundum suam qualitatem alimenta prestare, licet lege non caveatur, ut supra à me dictum est *num. 41.* ita, si ex quinto aliquid superest, bene poterit in eo gravamen apponere; argumento *leg. Secundum naturam. ff. de Regul. jur.* quam sententiam tenet etiam ultra supra relatos Azeved. in *leg. 7. tit. 8. lib. 5. num. 18.* Et, quòd plus est, non solum in eo gravari quòd supererat, sed etiam privari eo posse testatur Matienz. plures allegans in *leg. 8. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 23.*

*Cod. de Rei uxor. action. text. in leg. 1. vers. Si verò socer. Cod. de Imponen. lucrativ. descript. lib. 10. & ex isto fundamento istam conclusionem tenet Bald. in dicta leg. fin. §. Si à socero. ff. de His quae in fraud. cred. & ibi expressè Angel. de Perus. itam etiam conclusionem tenet Bald. in *Authent. Ex complexu. Codic. de Incest. nup. 1. lectur.* & hoc tenet, & reputat esse singulare Angel. de Aret. in *§. Si res aliena. Instit. de Legat. 2. col. tenet etiam, & reputat singulare Segura in *repet. leg. Cohæredi. §. Cum filie. de Vulgar. & pupil. fol. 24. à princ. 3. colum. in fin. versic. Tertio* facit illud quòd singulariter dicit Bartol. tenet etiam Abb. *cons. 11. col. 2.***

Sed attende, quòd ista conclusio videtur nimis dubia: nam alienata in fraudem, etiam titulo oneroso, revocantur quando uterque participat de fraude, ut per totum titulum. ff. & Cod. de His quae in fraud. cred. & propriè in materia nostra probatur in *leg. 1. C. de Natur. liber. & in leg. Qui testamentum. ff. de Probat. ut supra dictum est.* Sed ite maritus participare videtur de fraude, cum spuriam incapacem accipit in uxorem: Ergo, &c. Unde teneo pro constanti, quòd ista opinio & conclusio Bartol. procedat & intelligatur, quando ipse maritus ignorabat eam esse filiam clericij, vel spuriam, & incapacem: secus tamen est aliàs, si sciebat; quia tunc credo, quòd etiam constante matrimonio ab eo possit talis dos auferri in eo, quòd excedit alimenta, vel hodiè quintum bonorum patris: & istam declarationem ponit notabiliter solus Raphael Cuman. in *dict. §. Si à socero. in fin.* & idem tenet Doctor Segura in *Repetit. leg. Cohæredi. §. Cum filie. de Vulgar. & pupil. fol. 25. colum. 3. vers. Septimo allego.* & hoc aperte voluit Nicol. de Ubald. in *tract. de Success. ab intestat. 14. col. num. 50.* & finaliter pro ista parte facit *lex 29. infra his ll. Tauri* ubi quando dos est inoficiosa, auferitur, & restituitur alii filijs, etiam constante matrimonio (t): Dubito tamen, si istud quòd excedit infra quintum bonorum, cui applicabitur? Et certè clarè decisum non reperi in jure; tamen credo quòd ista sit veritas: quòd si in testamento talis dos sit relicta ab ipso patre palàm, quòd applicetur ejus haeredibus; si tacite per interpositam personam, & sic per tacitum fideicommissum, tunc applicetur fisco, quia fit in fraudem legis: si verò per contractum inter vivos pater dedit filio praedictam dotem, tunc applicabitur filijs legitimis, si sunt, vel patri, aut matri, vel fratri-

bus; quibus non petentibus infra duos menses, applicabitur fisco, argumento textus formalis in *leg. 1. C. de Natural. liber.* quem supra latius declaravi.

Præterea & notabiliter addè in nostra materia, quòd sicut filius spurius, nefarius, incestuosus, vel natus ex damnabili coitu non succedit parentibus; ita nec parentes succedunt ei ab intestato nec ex testamento, expressè nec tacite, directè nec ex obliquum: Unde in nostro casu haberet etiam locum materia de tacito fideicommissio, & omne illud quòd è contra dispositum est in personis filiorum: ita originaliter videtur tenere Azo. in *summ. Cod. de Legitim. haered. fin. colum. in fin.* & expressè tenet Bartol. in *leg. final. ff. de His quae ut indign. 1. colum. num. 5.* Bald. in *Authentic. licet. Cod. de Natural. liber. in fin.* Bald. notab. in *leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. 1. colum. num. 27.* ubi adducit hanc vivam & subtilem rationem: quia cum ista prohibitio principaliter fiat propter delictum parentum, & vitium eorum refrænandum, ut in *leg. Fin. Cod. de Natur. liber. versic. Filius enim.* ergo si prohibetur capere filius qui non deliquit, à fortiori censetur prohibitus pater delinquens; quia omnis causa impediens est fortior in impediendo primam & immediatam personam, quàm ulteriores: argumento textus in *Auth. Multò magis. de Sacrosanct. Eccles. & in leg. Videamus. ff. Quod metus causa.* idem Bald. in *Auth. Licet. Cod. de Natural. liber. in fine.*

Imò, quòd magis est, in tantum pater est 45 indignior, & incapax bonorum filii spurii, & nati ex damnabili coitu, ut licet pater possit, & præcisè teneatur huic filio alimenta praestare, ut in *dict. cap. Cum haberet.* tamen filius non tenetur nec potest alimenta praestare vel relinquere suo patri egenti, etiam stante illo capitulo; ex eo quòd pater delinquit, & efficitur magis indignus ex suo delicto: ita eleganter reperio quòd determinat solus Bald. in *Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nupt. 2. lectura.* Sed salva pace, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd etiam talis pater alendus sit à filio de jure canonico, & ejus æquitate, per textum in *dict. cap. Cum haberet (u).* Et moveor hoc inconvenibili fundamento: nam omnia quae reperiuntur disposita in filijs naturalibus respectu parentum, habent locum è contra in parentibus respectu filiorum, tam in successione bonorum, quàm in alimentis: textus est singula-

(t) Atque omninò tenenda est hæc distinctio, quam præter hic allegatos probat Rip. in *leg. 1. num. 68. ff. Solutio matrimonio.* Covar. in 4. part. cap. 8. §. 6. Dueñas *Regul. 297. num. 3.*

(u) Vide Castill. in *leg. 9. Taur. num. 8.* Tellum in *leg. 10. num. 25.* idem tenentes. Probaturque expressè ex *dicta leg. 8. tit. 13. partit. 6.* tradit Azeved. in *leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. num. 23. ad fin.* licet contrarium voluerit Rojas de *Successionib. ab intest. cap. 3. num. 36.*